

1205.

Excellentissimo Domino
 Clarissimo Viri
 Domino Jacobo à Stettin
 Augustae Ruffarum Imperatriæ
 à consilijj Status,
 Academia Scientiarum Petropolitanae Secretario
 S. P. S.
 Augustinus Kallerstein S. J.

Arca initio anni Superioris 1772 ad Excellentiam Tuam
 per Siberiam cum mercatoribus Russis, qui isthuc venaranti, expediti,
 spero felices ad manus eundem perlatis fuisse. gratias, quas in
 illis agebam pro singulari honore, quo me in meritam Inclita
 Academia Petropolitana dignata est, in Sodalium suum adoptando
 hisce repeto, et fide, quam in eisdem obligaveram, hisce exolvere,
 et mitto tributum meum fascem aliquarum observationum astrono-
 micarum, quas facere in hoc Collegio ab anno 1754. facte sunt hoc
 eodem modo, quo priore, usque ad annum 1752, quæ in libro Obser-
 vationum Astronomicarum Pekinensium Vienna edito impressæ sunt.
 licet numero minore, primum valesudens variante, tum alijs occupa-
 tionibus impedientibus, ac demum etate vetante. malui autem
 simul unâ omnes unâ transmittere quàm divisim per partes, ne quis
 si Deus me intersca aliud voluerit, simul mecum sepeliatur, quod
 nondum lucem viderunt. his addidi aliquot observationes Lunæ
 cum Stellis fixis, factas anno Superiori 1772, unam Eclipsim totalem
 Lunæ, aliquot Immersiones, et Emissiones Satellitum Jovis eundem
 anni, suram dissertationum de differentia Meridianorum Petropo-
 litani et Pekinensium, quam valde optato meo, accurate determinari.
 Eclipsim Solis observatam in hoc Collegio hoc anno 1773. addo denique
 unam Eclipsim Lunæ veterem observatam anno 1761 Novembri mense
 que cum eodem anno expediri jam non potuerit, postea oblita, Superiori
 anno inter Schedas nitida descripta reperta est. hæc intersca rogo
 illustrissimo Academicæ æqui consulesse, quibus deinceps addam, quæ
 anni 2. vires permiserint. Reversor demississime Excellentissi-
 mum Presidem Comitem Orlov, tum omnes clarissimos viros, ac
 Dominos Sodalium, et Te cumprimis doctissime his. Vale.

Pedi Pekinensium 1773. die 14 Septembris.